Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.
Wien, 1794 Seite 2529
Quelle:
Copyright:

Victor. et *Alberti M.* in 8. ſed cum in *Cod.* Capita 18. cenſeat, ibi ad Capita 22. productus eſt, ut Autor anonymus ipſe in *Praef.* teſtatur, in qua et inter alia: *die nachgeſchribnen ding hab ich genommen von den heiligen Lehrern vnd ſonderlich aus den worten vnd leher deſs hochwirdigen Lehrers der heyligen ſchrifft Meiſter Nicolaus von Dinckelſpühel, zu dem ich auch mein ſondere zuflucht hab gehabt, der auch etwan das Büchlin vberleſen hat.* Unde factum, ut in Editionis iſtius titulo Libellus ipſi *Nicolao* tribueretur, et licet in *Praef. Codicis* mentio *Nicolai* non fiat, memoratur tamen ille ad ultimam *Cod.* calcem, ut eo delapſi videbimus. E recitatis praeterea verbis liquidum eſt, Libellum ipſum *Viennae* conſcriptum fuiſſe, in cujus Scholis *Nicolaus* profitebatur. Id, quod et de ſequentibus Tractatibus intelligendum.

III. *fol.* 56. De utilitate divinae Caritatis: *Von den nuczen der lieb gotes dem menſchen.* Initium: *Dye lieb gotes vber alle ding iſt ain gute erczney* &c. Ad calcem adſcriptum: *Ryntfleiſch*, quod nomen cum ſaepius per decurſum compareat, Autorem omnium harum Κατηχησεων indicare videtur.

IV. *fol.* 62. Expoſitio Orationis Dominicae: *Hie nach volgt von dem heyligen pater noſter.* Initium: *Vil guter vnd andächtiger gepet vindt man geſchriben.* &c. Additur Salutatio Angelica et Symbolum Apoſtolorum.

V. *fol.* 82. p. 2. et deinceps: De octo Beatitudinibus: *Von den acht ſalichaitten.* De operibus Miſericordiae: *Von den werichen der parmherczichait.* De ſeptem Peccatis capitalibus: *Von den ſuben todſünden.* De novem Peccatis alienis: *Von den Newn frombden ſünden.* De quinque Senſibus. *Von den fünff ſynnen.* De Poenitentia. *Von der pueſs.* De Peccatorum Circumſtantiis: *Von den Vmbſtünnden der ſynden.* De Relapſu: *Von dem widerwall der ſünden.* Additum *Ryntfleiſch.* De Praeſervatione a Peccatis: *Von behüten vor ſünden.* De Aptitudine ad Servitium Divinum: *Zu ſchikchung zu gotes dienſt.* Alia Expoſitio Orat. Dominicae: *Aber von dem heyligen Pater noſter.* Atque hic rurſus excitantur *die zwen erwirdig lerer der heiligen ſchrifft Maiſter Hainreich von Heſſen vnd Maiſter Niclas von dinkchelſpühel, den paiden got genadig ſey.* Itaque jam vivis exemti. Finem facit *fol.* 139. Diſpoſitorium Moriendi: *Von ſchikchung zu dem ſterben.* Ad calcem: *Das püchlin hat gemacht vnd zuſamen geleſen der Erwirdig lerer Maiſter Niclas von dinckelſpühel dem got genad. Vnd das hat abgeſchriben Jacob krakchſenſtengel. In dem Jar ſo man ſchreib tauſend vir hundert vnd in dem drew vnd funffczigiſten Jare.* Ante et poſt hanc formulam denuo legitur *Rintfleiſch.* Itaque vir hic latina *Nicolai* Opuſcula, quae extant impreſſa *Argentinae* 1516. *f.* excerpſiſſe, et in uſum Parochianorum fortaſſe ſuorum vernacula reddidiſſe credi poteſt.